

*Gal. 3:27* COMMUNION

OMNES, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, alleluia.

For as many of you as have been baptized in Christ, have put on Christ, alleluia.

POSTCOMMUNION

REDEMPTIÓNIS nostræ múnere vegetati, quæsumus, Dómine: ut, hoc perpétuæ salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dominum.

Invigorated by the gift of redemption, we beseech thee, O Lord, that by this means of eternal salvation, the true faith may prosper evermore. Through our Lord.

## PROPER of the MASS SATURDAY IN EASTER WEEK

*Psalms 104: 43, 1*

EDUXIT Dóminus pópulum suum in exultatióne, alleluia: et eléctos suos in lætítia, alleluia, alleluia. Ps 104:1. Confitémini Dómino et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. Glória Patri.

CONCÉDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui festa paschália venerádo égimus, per hæc contíngere ad gaudia ætérna mereámur. Per Dominum.

*I Peter 2: 1-10*

CARÍSSIMI: Deponétes igitur omnem malítiam, et omnem dolum, et simulatiónes, et invidias, et omnes detractiões, sicut modo génti infántes, rationábile, sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescátis in salutem: si tamen gustástis, quóniam dulcis est Dóminus. Ad quem accedétes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, a Deo autem eléctum et honorificátum: et ipsi tamquam lápidés vivi superædificámini, domus spirituális, sacerdotium sanctum, offérre spirituáles hóstias, acceptábiles Deo per Jesum Christum. Propter quod contínet Scriptúra: Ecce, pono in Sion lápidem summum angulárem, eléctum, pretiósium: et qui crediderit in eum, non confundátur. Vobis igitur honor credéntibus: non credéntibus autem lapis, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli, et lapis offensiónis, et petra

INTROIT

The Lord brought forth his people with joy, alleluia, and his chosen with gladness, alleluia, alleluia. Ps. Give glory to the Lord, and call upon his name: declare his deeds among the Gentiles. Glory be to the Father.

COLLECT

Grant, we beseech thee, O Almighty God, that we who have kept worshipfully the Paschal Festival, may through it, deserve to possess eternal joys. Through our Lord.

EPISTLE

Dearly beloved: Wherefore laying away all malice, and all guile, and dissimulations, and envies, and all detractions, as newborn babes, desire the rational milk without guile, that thereby you may grow unto salvation; if so be you have tasted that the Lord is sweet. Unto whom coming, as to a living stone, rejected indeed by men, but chosen and made honourable by God: be you also as living stones built up, a spiritual house, a holy priesthood, to offer up spiritual sacrifices, acceptable to God by Jesus Christ. Wherefore it is said in the scripture: Behold, I lay in Sion a chief corner stone, elect, precious. And he that shall believe in him, shall not be confounded. To you therefore that believe, he is honour: but to them that believe not, the stone which the builders rejected, the same is made the head of the corner: And a stone of stumbling, and a rock of scandal, to them who stumble at the word, neither do believe,

scándali his, qui offéndunt verbo, nec credunt in quo et pòsiti sunt. Vos autem genus eléctum, regale sacerdotium, gens sancta, pópulus acquisitiónis: ut virtútes annuntiétis ejus, qui de ténebris vos vocavit in admirábile lumen suum. Qui aliquándo non pópulus, nunc autem pópulus Deí: qui non consecúti misericórdiam, nunc autem misericórdiam consecúti.

*Psalm 117: 24; 112: 1*

ALLELÚIA, allélúia. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus et lætémur in ea. Allélúia, Laudáte, pueri, Dóminum, laudáte nomen Dómini.

*Victimæ Paschali*

- VÍCTIMÆ pascháli laudes ímmolent Christiáni.
2. Agnus rédemit oves: Christus innocens Patri reconciliávit peccatóres.
  3. Mors et vita duéllo conflixére mirándo: dux vitæ mórtuus regnat vivus.
  4. Dic nobis, María, quid vidísti in via?
  5. Sepúlcrum Christi vivéntis et glóriam vidi resurgéntis.
  6. Angélicos testes, sudárium et vestes.
  7. Surréxit Christus, spes mea: præcédet vos in Galilæam.
  8. Scimus Christum surrexisse a mórtuis vere: tu nobis, victor Rex, miserére. Amen. Allélúia.

*John 20: 1-9*

IN illo témpore: Una sábbati, Maria Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum: et vidit lápidem sublátum a monuménto. Cucúrrit ergo, et venit ad Simónem Petrum, et ad álium discipulum, quem amábat Jesus, et dicit illis: Tulérunt Dóminum de monuménto, et nescimus, ubi posuerunt

whereunto also they are set. But you are a chosen generation, a kingly priesthood, a holy nation, a purchased people: that you may declare his virtues, who hath called you out of darkness into his marvellous light: Who in time past were not a people: but are now the people of God. Who had not obtained mercy; but now have obtained mercy.

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. This is the day which the Lord hath made: let us be glad and rejoice therein.

Alleluia, Praise the Lord, ye children: praise ye the name of the Lord.

SEQUENCE

- Christians! to the Paschal Victim offer your thankful praises.
- The Lamb the sheep redeemeth: Christ, who only is sinless, reconcileth sinners to the Father.
- Death and life contended in that conflict stupendous: the Prince of Life, who died, deathless reigneth.
- Speak, Mary, declaring what thou sawest wayfaring.
- "The tomb of Christ who now liveth: and likewise the glory of the Risen.
- Bright Angels attesting, the shroud and napkin resting.
- Yea, Christ my hope is arisen: to Galilee He goeth before you."
- We know that Christ is risen, henceforth ever living: Have mercy, Victor King, pardon giving. Amen. Allélúia.

GOSPEL

At that time, on the first day of the week, Mary Magdalen cometh early, when it was yet dark, unto the sepulchre; and she saw the stone taken away from the sepulchre. She ran, therefore, and cometh to Simon Peter, and to the other disciple whom Jesus loved, and saith to them: They have taken away the Lord out of the sepulchre,

eum. Exiit ergo Petrus et ille álius discipulus, et venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo simul, et ille álius discipulus præcucúrrit cítius Petro, et venit primus ad monuméntum. Et cum se inclinásset, vidit pòsita linteámina, non tamen introívit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introívit in monuméntum, et vidit linteámina pòsita, et sudárium, quod fúerat super caput ejus, non cum linteaminibus pòsitum, sed separátim involútum in unum locum. Tunc ergo introívit et ille discipulus, qui vénerat primus ad monuméntum: et vidit et crédidit: nondum enim sciébant Scriptúram, quia oportébat eum a mórtuis resurgere.

*Psalm 117: 26, 27*

BENEDÍCTUS, qui venit in nómine Dómini: benedíximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus, et illúxit nobis, allélúia, allélúia.

CONCÉDE, quæsumus, Dómine, semper nos per hæc mystéria paschália gratulári: ut continúa nostræ reparatiónis operátio perpétuæ nobis fiat causa lætitiæ. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndò destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

and we know not where they have laid him. Peter therefore went out, and that other disciple, and they came to the sepulchre. And they both ran together, and that other disciple did outrun Peter, and came first to the sepulchre. And when he stooped down, he saw the linen cloths lying; but yet he went not in. Then cometh Simon Peter, following him, and went into the sepulchre, and saw the linen cloths lying, and the napkin that had been about his head, not lying with the linen cloths, but apart, wrapped up into one place. Then that other disciple also went in, who came first to the sepulchre: and he saw, and believed. For as yet they knew not the scripture, that he must rise again from the dead.

OFFERTORY

Blessed be he that cometh in the name Lord. We have blessed you out of the house of the Lord. The Lord is God, and he hath shone upon us, alleluia, alleluia.

SECRET

Grant us, O Lord, we beseech thee, ever to rejoice in these Paschal mysteries, that, by the continued work of our redemption we may come to endless happiness. Through our Lord.

PREFACE OF EASTER

It is truly meet and just, right and availing unto salvation that at all times, but more especially at this season, we should extol Thy glory, O Lord, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb that hath taken away the sins of the world: Who by dying hath overcome our death, and by rising again hath restored our life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing: